

**1959-12-12 – SS Ioannes XXIII – Epistula ‘Octogesimum Mox’**

IOANNES PP. XXIII

**EPISTULA AD  
CLEMENTEM S. R. E. CARDINALEM MICARA,  
EPISCOPUM VELITERNUM AC VICE SACRA URBIS ANTISTITEM, OCTOGESIMUM AETATIS ANNUM  
IMPLEMENTUM**

**OCTOGESIMUM MOX\***

*Venerabilis Frater Noster,  
salutem et Apostolicam Benedictionem.*

Octogesimum mox celebraturo natalem tibi, Venerabilis Frater Noster, merita cum gratulatione salutaria et laeta studemus percupere, quae quodam modo cumulum afferant publicis votis et pietatis significationibus, quibus faustus tibi illucescans iucundabitur dies.

Quod sane aequa poscunt benevolentia, qua te prosequimur, et bonn existimatio qua erga te tenemur, cum indubiiis testimoniiis tuum religionis studium, prudentiam, sollertia, in insumendis utilibus Ecclesiae eausae laboribus dignoscamus.

Probe scimus, qua alaci et huic Petri Sedi dedita voluntate in pontificiis legationibus operam navaveris, primo minoribus in officiorum gradibus, ac deinde cum in Belgio Apostolici Nuntii munere functus es.

Ob praeclera huiusmodi merita proximus fel. rec. Decessor Noster eximio te praemio affecit, cum te in Purpuratorum Patrum Collegium ascivit et in Romana Curia gravis momenti munera tibi attribuit. Enimvero Sacro Consilio legitimis ritibus cognoscendis praeposito, ae postea Sacro Consilio religiosis Ordinibus et Sodalitatibus moderanti te praefecit. Veliternus Episcopus creatus, vigili constantia et digna lande contentione enisus es, praesertim ut templum princeps et aliae aedes sacrae bello prostratae apta reparazione aut novo molimine consurgerent, et e ruinis quoque sacrum Seminarium in praesentem aspectabilem formam excitaretur.

Vicaria potestate Urbis Antistes, pius, prudens et navus ad coticiana ingentis ponderis negotia te asseris. Praecipua praeter alia tibi Inus debetnr, si eomplura aedificia sacra, spirituali fidelium curae necessaria, variis in almae tibis regionibns culmina ad caelum extollunt, et de domicilio et profectn sacri ordinis alunuiorum providas quoque curas egisti.

Supplici prece Deum oramus, ut tibi praesidiutn luminis et virtutis amplius in dies largiatur, et en, quae mnnc concipimus, vota benigne respiciat.

Haec ominati, tibi, Venerabilis Frater Noster, caelestis auxili pignus, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimus, eandemque. et ad eos, qui natalem celebрамtem festivis te circumstabunt laetitiis, libenter pertinere volumus.

*Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XII mensis Decembris, anno MCMLIX, Pontifieatus Nostri secundo.*

IOANNES PP. XXIII

---

\* AAS. vol. LII, 1960, pp. 43-44.

